

DONATIO CONSTANTINI

¶ Bartholomei picerni de Montearduo ad Iulium
•II• pontificem maximum præfatio edicti siue do-
nationis diui Constantini quam e græco in latinū
conuertit foeliciter•



Vm inter legendum in hac tua ce-
leber rima bibliotheca Beatissime Pater oc-
currisset mihi libellus quidam græcus:
qui donationem Constantini contine-
bat: æquum mihi uisum est illum æ græco in lati-
num conuerture: & eum tibi Sanctissime Pater in-
scribere debere: qui Vicarius christi & Petri ac Sil-
uestri successor existis. Quippe cum multi sint qui
falsam Constantini donationem esse asseruerint:
Inter quos est Laurentius uallensis uir haud sane
ineruditus: qui librum de falsa donatione Constā-
tini scribere ausus sit. Cuius opinionibus optime
refragatur Reuerendissimus Cardinalis Alexādrī-
nus Iuris utriusq; consultissimus: & illius obiecta
diligentissime confutat. Existimabat uir ille fortas-
se ut quod ipse non legerat: non posset apud alios
reperiri. Nec mirum cum tantæ mordacitatis exti-
terit ut Aristotelem philosophorū principem car-
pere non dubitarit: & omnes linguæ latinæ aucto-
res ita taxare ut nemini pepercerit. Sed ne lōgior
sim Constantinum ipsum audiamus.

A⁸

Edictum imperiale scriptū & datum sacrae
& sanctae catholicae & Apostolicae romanae
ecclesiae a beato CONSTANTINO pri-
mo inter Imperatores Christiano.

IN nomine sanctae & indiuiduae trinitatis Pa-
tris uidelicet & filii & spiritus sancti. Impera-
tor Cæsar flauius Cōstantinus in Christo Iesu uni-
co eiusdem Trinitatis saluatore domino & deo no-
stro: fidelis mitis beneficus alamanicus gotthicus
sarmaticus germanicus brittannicus hūnicus pi⁹
felix uictor triūphator semper august⁹. Sanctissi-
mo & beatissimo patri patrum Siluestro episcopo
& Papæ magnæ urbis Romæ: & omnibus pontifi-
cibus successorib⁹ eius in cathedra beati Petri usq;
ad consumationem sæculi sedentibus: Item omni-
bus reuerendissimis & religiosis catholicis Episco-
pis huic sacrae & sanctae romanae ecclesiae per hanc
nostrā imperialem constitutionē subiectis: Gratia
pax amor lætitia magnanimitas misericordia ab
omnipotente deo & patre & Iesu christo filio eius
& spiritu sancto omnib⁹ nobiscum. Quæ a redemp-
tore & saluatore nostro domino Iesu christo qui est
filius altissimi patris per sanctos apostolos eius Pe-
trum & Paulum mediante patre nostro Siluestro
summo pontifice & catholico Papa admirabiliter
circa nos miserationibus illius facta sunt: manife-
sta narratione per hanc imperialem nostram scrip-

turam deinceps omnibus studuimus tradere ad
cognitionem omnium qui sunt in orbe terrarum
populorum. Mansuetissimæ enim nostræ appari-
tionis ab intus & ab ipso corde procedit confessio:
Primum quidem nostram fidem præ se fert quam
a prædicto beatissimo patre & intercessore nostro
Siluestro catholico hierarcha didicimus ad docu-
mentum intelligentiæ omnium nostrum: Deinde
& effusam super nos dei misericordiam omnibus
nunciat. Scire enim uos omnes uolumus sicut per
prædictam nostram Pragmaticam constitutio-
nem uobis declarauimus nos ab Idolorum cultu
quæ muta & surda & manu facta sunt: diabolicisq;
fictionibus & ab omni satanæ pompa desiliisse: &
ad integram christianorū fidem quæ lux uera est
& uita æterna descendisse: sicut nos ipse excelsus &
summus pater noster & magister Silvester admo-
nuit: In deum patrem omnipotentem factorem cœ-
li & terræ uisibilium omnium & inuisibilium: Et
in Iesum Christum filium eius unigenitum domi-
num nostrum per quem omnia facta sunt: Et in
Spiritum sanctum dominum & uiuificantem om-
nem creationem præcipiens credere. Nos patrem
filium & spiritū sanctum sic confitemur: tamq̄ in
perfecta trinitate & perfectionem diuinitatis esse
& unitatem potentia: deus pater: deus filius: deus
spiritus sanctus: & tres unū sunt: tres igitur formæ
sed una potentia. Perfectis igitur cœlestibus uirtu-

tibus & omnibus terrenis materiis misericordi nu-
tu ipsius sapientiæ primum ex limo terræ hominē
formans secundum imaginem & similitudinem
sui ipsius in paradiso hunc posuit deliciarum: cui
inuidens serpens: antiquus inimicus & diabolus
amarissimo gustu inexperti ligni exulem fecit læ-
titiæ illius: Illumq; cum expulisset non cessat sui-
ipsius mortiferis sagittis multis modis alios sagit-
tare: ut abstrahens humanum genus a uia uerita-
tis Idolorum cultui id est creationis: sed non crea-
toris seruire omnes persuadeat: ut quos possibilis
fuit suis machinationibus colligare: hos æter-
no supplicio tradat puniendos. Sed deus propriæ
formationis miserationem capiens: misit sanctos
eius Prophetas: & per hos uitæ lucem aduentum
uidelicet filii eius: domini autem nostri & saluato-
ris dei Iesu christi annuncians. Nouissime autem
misit & unigenitum eius filium: & uerbum sapien-
tiæ qui a cœlis descendit propter nostram salutem
& genitus est ex Spiritu sancto & Maria uirgine:
Verbum caro factum est: & habitauit in nobis: nō
deponens quod fuit: sed incipiens esse quod non
fuit: deus perfectus: & homo perfectus: tamq̄ deus
miracula perficiens: & tamq̄ homo humanas passi-
ones ferens: Sic uerbum hominem: & deum uerbū
intelligimus: Doctrinis nostri patris Siluestri sum-
mi Pontificis tamq̄ deum uerum: & hominē uerū
eundem esse nequaquā est ambigendum. Eligens igi-

tur duodecim Apostolos: hosq; & innumerabiles
populos at̄ea super naturalibus miraculis illustra-
uit. Confitemur ipsum dominū nostræ Iesum chri-
stū adimpleuisse leges & prophetas: passum & cru-
cifixum esse sedm̄ scripturas: tertia die a mortuis re-
surrexisse: assumptū esse in cœlos: sedere a dextris
patris: Illinc uenturum iudicare uiuos & mortuos
cuius regni non est finis. Hec est nostra orthodoxa
fides a beatissimo patre nostro Siluestro nobis an-
tea lata. Admonemus igitur omnem populū & di-
uersa gentium genera hanc fidem detinere colere
prædicare: & in sanctæ trinitatis nomine baptisma-
tis gratiā assequi: & dominum nostræ & saluatorē
Iesum christum qui cum patre & sancto spiritu in
infinita sæcula regnat reuerenti corde adorare: quē
beatissimus pater noster Siluester catholicus hie-
rarcha prædicat: Ipse enim domin⁹ noster mei pec-
catoris misertus misit sanctos apostolos eius nos ui-
sitaturos: & luce splendoris eius nos illustrauit: &
tenebras attrahēs ad ueritatis cognitionem me per-
uenire dignatus est. Quoniam grauis turpitudō le-
præ omni mei corporis carni insiliit: multisq; con-
uenientibus medicis cura mihi adhibita est: & ho-
rum nullius studio sanitatē assequi potui. Ad hæc
accesserūt mihi & sacerdotes capitolii oportere di-
centes cisternam in capitolio fieri: & hanc innocen-
ti sanguine & calido impleri: illicq; lauari: sic mun-
dationem assequi posse. Sedm̄ documēta igitur ip-

forz cū multi innocentes infantes cōgregati essent
& uellent impii & sacrilegi sacerdotes ipsos iugila
re:& illoz sanguine cisternam implere Lachrymis
matrū illoz nostra Serenitas intendēs statim rem
nephandā exhorruit. Illasq; tūc ego miseratus ma
tribus tradi filios iussi: uehiculaq; exhibēs:& dona
concedens: gaudētes ad propria remisi. Hic dies cū
preteriisset:& nocturna quies succederet:& ad som
num oportunitas inuitaret: adsunt sancti apostoli
Petrus & Paulus mihi dicētes: quoniā ad peccata
procedere nō permisisti:& innocentis sanguinis ef
fusionem es abominatus: a xpō domino & deo no
stro missi sumus: dantes tibi consiliū per quod sani
tatem resumes. Audi igitur nostrum mandatū:&
fac quod te admonemus. Huius urbis Episcopus
Siluester tuas persecutiones fugiēs: in cauernis
lapidum cū propriis clericis occultatur in monte
Soratte. Hunc ad te ipsum accersens demonstra
te illo ueram religionis cisternam addisces. in qua
cum tertio immersus fueris omnis uis lepræ te de
relinquet. Quo factō hanc retributionem e contra
mentire saluatori tuo: ut tuis mandatis omnes in
orbe terrarum ecclesias renoues: & tu in hac parte
te ipsum purga: ut omnem Idolorum infelicitatē
reliquēs: solū uiuētē & uerz deū qui solus est uer9
deus colas & adores: & illius uolūtātē adimpleas Ex
pgefact9 igitur scdm quæ ordinata fuerāt ab aplis
opatus sum: accersensq; præcipuū & præclarū pa

trē Siluestrū catholicū papā qui nos illuminauit:
omnia ipsi a sanctis aplis mandata mihi uerba de
clarauit: quæsiuq; ab ipso qui dii essent Petrus &
Paulus qui appellātur. Dixitq; ille Non uere deos
hos appellari: aplos autem saluatoris nostri & dñi
Iesu christi esse asseuerauit. Rursus incepti interro
gare beatissimū papā si quæ manifestæ horz aploz
essent imagines: ut ex pictura igitur possimus cog
noscere (si possibile est) illos esse quos a reuelatōne
didicimus. Tūc ille omni reuerētia dignus pater:
diuinoz horum apostolorz imagines per propriū
diaconum afferri iussit: quas aspitiēs & aspectus il
loz quos in somnis uiderā in imaginib9 perdiscēs
magna uoce coram meis satrapis confessus sum:
hos illos esse in somnis mihi uisos. Ad hæc beatissi
mus hic pater noster Siluester urbis romæ ep̄s tem
pus nobis penitentia terminauit in uno Cilicio: in
tra nostrū Lateranense palatiū: ut omnia quæ im
pie a nobis operata sunt: & iniuste ppetrata Ieiuni
is uigiis lachrymis & orationibus apud dñm deū
& saluatorē nostrum placaremus. Deinde clericis
imponētibus mihi manus usq; & ad ipm pontificē
perueni. Illic autē renuntiās satanæ pōpas: & ope
ra eius & omnia Idola: manu facta: credere in unū
deum patrē omnipotentem factorē cœli & terræ:
uisibiliū oīum & inuisibiliū: & in unū dñm Iesum
xpm filiū dei unigenitū dñm nostrū: qui genitus
est ex spū sc̄to & Maria uirgine spōtanca uolūtate

coram omni populo confessus sum. Benedicto autē
lauacro illic mensurabili demersione salutarem a-
quam mundauit. In sinu autem lauacri positus: ma-
num tangentem me a cœlo propriis oculis aspexit:
sub qua mundus resurgens ab omni lepræ turpitu-
dine: me ipsum mundatum esse cognoui. ablatum
autē me a uenerando lauacro albis palliis induerūt
Septiformeq; spiritus sancti signaculū prebuit bea-
ti chrisimatis unctione: Et signum sanctæ Crucis
meæ fronti signauit dicens. Sigillat te deus fidei
eius signaculo: In nomine patris & filii & spiritus
sancti: omnisq; clerus respondit Amen. Et addidit
pontifex Pax tibi. Primo igitur die postq̄ cœpi mi-
sterium diuini baptismatis: & post medelā mei cor-
poris a lepra: cognoui non esse alium deum preter
patrem & filium & spiritū sanctum: quem beatissi-
mus pater Siluester prædicat: trinitatē in unitate:
unitatem in trinitate: omnes enim dii gentiū quos
superius colui daemonia opera manū hominum
manifeste demōstrantur. Ad hæc quantā potestātē
ipse saluator noster proprio apostolo bto Petro pre-
buit in cœlo & in terra: manifeste nobis ipse uene-
nerādus pater exposuit: quādo illum fidelem inue-
niens in interrogatione dixit. Tu es petrus: & sup
hanc petrā ædificabo ecclesiam meā: & portæ infe-
ri nō praualebunt aduersus eā. Considerate poten-
tes & auribus cordis attēdite quid bonus magister
& dñs proprio discipulo adiunxit dicēs Et dabo ti

bi clauēs regni cœloꝝ: & quodcūq; ligaueris super
terā: erit ligatum & in cœlis. Admirabile uerbū &
gloriosum & super terrā ligare & soluere: & in cœ-
lis ligatum esse & solutū. Hæc igitur beato Silue-
stro docente cognoscēs: & beneficiis ipsius beati
Petri integerrime sanitatē sentiens corpori redeun-
tem: dignū iudicauimus cū omnibus nostris satra-
pis: & uniuerso senatu & optimatibus & cūcto ro-
mani imperii subiacēti populo: ut sicut beatus Pe-
trus uicarius apparet cōstitutus in terra a filio dei
sic a nobis & a nostro regno locūtenentes principis
apostoloꝝ suscipiant datū ipsis potestatis principa-
tum maiorē q̄ nostra in terra serenitas & regnū ab
oibus habere cognoscitur. Elegim⁹ em̄ ipm aposto-
loꝝ principem & eius successores proprios nobis ip-
sis ad deū esse patronos: & sicut nostrā in terra im-
perialē potestātē sic & illius sacrā & sc̄tām ecclesiā
romanā decreuimus colere cū reuerētia: & sacratis-
simā cathedrā beati Petri magis q̄ nostræ regnū &
terrenā sedē exaltare: tradētes ipsi potestātē & glo-
riæ dignitatem uigorem & efficacitā & honorificen-
tiam imperialem. Atq; decernentes sancimus prin-
cipatum habere super quatuor precipuas sedes An-
tiochiæ Alexandria Constantinopoleos & Hiero-
solymorū. Item super omnes in uniuerso orbe ter-
rarum dei ecclesias: & pontificem pro temporibus
existentem ipsius sacræ & sanctæ Ro. ec. excelso-
rem esse & principē omnium sacerdotū qui sunt in

uniuerso orbe terrarū. Et omnia quorum curam habere oportet ad diuinū cultum uel robur christianorū fidei huius iudicio gubernari: Iustū enim caput principatus sanctā habere legem: ubi sanctarū legum legislator saluator noster beatū Petrum mā dauit apostolatus habere cathedrā: ubi crucis lignum & ipse sustinēs beatæ mortis piaculum bibit: Imitator proprii magistri & dñi factus: Illic usq; ad finē & continue magistrū querant: ubi sanctū magistri corpus quiescit: Illic gentes pro cōfessione nominis christi colla inclinent: ubi horū magister beatus Paulus apostolus pro xp̄o collum extendēs corona martirii coronatus est: Illic supini & humiliati cœlestis regis & dei & saluatoris nostri Iesu christi officio seruiāt: ubi supbæ terreni regis potestati seruebāt. Quorū gratia scire uolumus oēs in orbe terrarū gentium populos: q̄ nos intra lateranense nostrum palatiū templum ereximus ipsi saluatori nostro & deo & dño Iesu xp̄o ab ipsis fundamentis cū baptisterio. Sciatisq; & duodecim cophinos terræ illic nos propriis humeris extulisse: æquales numero duodecim apl̄is. ædificauimusq; eccl̄ias & beatis Petro & Paulo primis apl̄is: quas argēto & auro decētes & ornatas cōstituiimus: ubi & sacratissima ipsorū corpora sepeliētes magna cū reuerentia thecas ipsis ex electo cuius nulla elemēti potentia est fortior cōstruxim⁹: Crucēq; auri purissimi & ex margaritis pretiosis factā per utrāq; thecā imposui

mus: aureis clauis affigētes: quibus eccl̄is pro cōtinuatōe luminariorū possessiones & agros cōtulim⁹ & nostro imperiali & diuino mādato in oriēte & occidēte septētrionali & meridionali climate In Iudea uidelicet Asia thracia græcia aphyrica italia & in diuersis insulis nr̄am ipsis libertatē cōcessimus sic uidelicet ut per man⁹ beatissimi p̄ris nostri p̄tificis Siluestri & eius successores oīa disponātur. Exultet igit̄ nobiscū omnis populus oīa in orbe terrarū gentiū genera admonemus ut nobiscū & saluatori nr̄o Iesu xp̄o infinitas gratias cōfiteat̄: quoniā ipse de⁹ in cœlo superius: & in terra inferius: per sct̄os apostolos cū nos uisitasset: sanctū misteriū baptismatis & corporis sanitatem nos dignos fecit suscipere Pro quibus etiā prebemus ip̄is sanctis apostolis & dominis meis beatissimis Petro & Paulo & p̄ hoc beato Siluestro nostro patri & summo pontifici & catholico urbis romæ papæ: & omnibus pontificibus successoribus eius usq; ad consumatōnem mūdi in cathedra beati Petri sedentibus: & in presentiarum tradimus primum quidem lateranense nostri regni palatium: quod omnibus in orbe terrarū palatiis præfertur & eminet. Deinceps diadema id est coronā capitis nostri. Similiter aut̄ & phrygiū id est mitrā: necnō sup humerale uidelicet lorū: qđ impiale collū circūdare cōsueuit. Itē purpureā clamidē & coccineā tunicā: & ip̄ialia oīa indumētā: & ip̄ialiū p̄sidentiū eq̄tū dignitatē: cōferētes ei ip̄ialia

sceptra: simulq; cuncta signa atq; banna: & diuersa
ornamenta imperialia: & omnem in processionib⁹
imperialis culminis gloriā & potestātē. Reueren-
dissimis autem uiris clericis scdm diuersos ordines
huic sacrae & sanctae Ro. ec. seruientibus illam cir-
cumspectiōē & proprietatē potentiae & praexcel-
lentiae habere sancimus: cuius amplissimus senat⁹
noster uidetur gloria adornari: id est patricios &
cōsules ipsos effici: necnō & cæteris dignitatib⁹ im-
perialibus eos promulgamus decorari: & sicut Im-
perialem exercitū sic & clerum sanctae Ro. Ec. ad-
ornari decreuimus. Et quēadmodū imperialis po-
tentia diuersis officiis cubiculariorū hostiariorum
& excubitorum decoratur: Ita & sanctam Roma-
nam ecclesiam decorari uolumus: & ut amplissime
pontificale decus praefulgeat decernimus: & ut cle-
rici eiusdem sanctae Romanae ecclesiae Mappulis
& linteaminibus id est candidissimo colore decora-
tos equos equitent: & sicut noster senatus calcia-
mentis utitur cum Vlonibus id est candidissimo
linteamine illustrentur: & ita caelestia sicut terre-
na ac laudem dei decorentur. Pre omnibus autem
licentiam tribuimus ipsi Sanctissimo patri nostro
Siluestro urbis Ro. Episcopo Papae & oibus post
ipsum in eius successiōē uenturis per superuenien-
tia saecula beatissimis pōtificib⁹: pro honore & glo-
ria dñi nostri Iesu xp̄i in magna hac catholica pote-
state si aliquem circūspecti nostri senatus uoluerit

inter religiosos clericos connumerare nullum eorū
qui ad hoc uocantur propter superbiam ordinem
hunc excusare: Sancimus etiam hoc omni reueren-
tia dignum patrem Siluestrum summum pontifi-
cem & omnes pontifices successores eius diadema-
te uidelicet corona quam ex capite nostro ipsi pre-
bemus ex auro purissimo & lapidibus pretiosis &
margaritis constructam uti debere: & in capite ge-
stare ad gloriam dei pro beati Petri reuerentia:
Quoniam autem ipse beatissimus Papa in corona
clericatus: in tonsura capitis: quam pro reuerentia
beati petri habet non uerecundatus est ex auro uti
corona. Nos phrygium in hoc candidissimo colo-
re splendidam domini resurrectionem signantes:
sacratissimo eius uertici propriis manib⁹ imposui-
mus: & frena equi huius detinentes pro reuerentia
beati Petri stratoris officium illi exhibuimus: sta-
tuentes eodem Phrygio omnes eius successores sin-
gulariter uti in processionibus ad imitatōnem Im-
perii nostri. Vnde ne pontificalis apex uilescat sed
magis q̄ terrenum regnum ipse dignus & gloria &
potentia decoretur. Ecce palatium nostrum (ut an-
te dictum est) & urbē Romam & totius Italiae &
occidentalium regionum prouintias: loca ciuitates
saepenumero praedicto beatissimo patri nostro Sil-
uestro catholico papae tradentes: & cedentes huius
& successoribus eius pontificibus potestati & iudi-
cio: & per diuinum nostrum pragmaticum edictū

decreuimus disponenda: atq; iuri sanctæ Romanæ
ecclesiæ concedimus permanenda. Vnde congruū
Iudicauimus nostrum regnum & huius gloriam
ad orientales regiones transferre: & in urbe Bizan-
tio optimo loco in nostro nomine urbem ædifican-
tes: Illic nostrum imperium constituere: ubi sacer-
dotum principatus & Christianæ religionis caput
a cœlesti rege est constitutum: non esse iustum il-
lic potestatem habere terrenum regem. Hæc igit̃
per hanc nostram sacram scripturam: & alia diua-
lia decreta determinata & roborata usq; ad mundi
confumationem illibata & inconcussa permanere
decreuimus. Vnde coram uiuente deo qui nos reg-
nare præcepit: & coram terribili eius iudicio obte-
stamur omnes nostros successores imperatores uel
cunctos optimates satrapas etiam amplissimum se-
natum & uniuersum populum in toto orbe terra-
rum: nunc & in posterum nulli eorum quoquomo-
do licere: aut infringere uel in quoq; conuelli. Si
quis autem (quod nō credimus) in hoc temerator
aut contemptor extiterit: æternis condemnationi-
bus subiaceat innodatus: sentiatq; sibi ipsi contra-
rios sanctos dei & principes apostolorum Petrum
& Paulum in infimo inferno cruciādus: Deficiatq;
cum diabolo & omnibus impiis. Huius autem Im-
perialis decreti paginam propriis manibus robo-
rantes super uenerandum corpus principis aposto-
lorum beati Petri manibus propriis imposuimus.

Illic dei apostolo promittētes illibata nos hæc om-
nia conseruare: & nostris successoribus & Impera-
toribus per nostra mandata conseruanda relinque-
re: & beato patri nostro Siluestro & catholico Pa-
pæ: & per ipsum omnibus eius successoribus ponti-
ficibus: domino & deo & saluatore nostro Iesu chri-
sto placide annuente: æterne & fœliciter his hæc in-
possessionem futura imperiali subscriptione: diui-
nitas nos conseruet in multis annis sanctissimi &
beatissimi patres. ¶ DATVM Romæ tertio Ca-
lend. April. domino nostro Flauio Constātino Au-
gusto & Gallicano uiris consulibus & clarissimis.